

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Idem confirmatur auctoritate summorum Pontificum. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

do Patre Dor. Matthia Ferrez viro sancto, & tanquam sancto post mortem in imagine iussu Episcopi Segobiensis depictâ honorato, & à B. Ludouico Bertrando, & B. Nicolaio Factore, pro sancto habitos, iuratus testatus est, R.P. Don: Antonius Martinus, dicti Vallis Christi Conuentus Vicarius, eandemque historiam se audiisse dixit, à P. Don. Onuphrio Ripoll, Religioso anno annorum Professo, & Priore vallis Christi Conuentus, viro spectatæ virtutis. Qui dixerunt se accepisse sapientissimè à pluribus antiquissimis Patribus, & præcipue à P. Don. Ioanne Bellot Priore eo tempore, quo S. Ignatius Carthusianum Vallis Christi appulit, & ab aliis Patribus, quos in suo testimonio iurato nominat, & addit, hanc esse communem traditionem inter Patres Regij Vallis Christi Conuentus, & dicit se audiisse & legisse hanc veritatem in manuscriptis reconditis in Archivio dictæ Cartusiae.

Hoc ipsum tertius Cartusianus P. Don. Nicolaus Bonet, iuramento comprobatis se audisse ab iisdem Patribus antiquissimis Cartusianis, P.D. Michaelae Monllor, & à P.D. Ioanne Bellot, & ab aliis.

Id, hi RR. Patres Cartusiani iurati testati sunt Anno 1641.8. Ianuarij.

Sed P. Franciscus de Caspes in testimonio suo supra posito §. 13. affirmit, quacunque scripsere Patres Cartusiani Monasterij Vallis Christi sua in testificatione, sibi ante hos quindecim annos nota fuisse.

Quocirca certissimum est, reuelatum esse S. Ignatio Societatis ab eo fundande institutum, multò ante eam inchoatum, hoc est, dum Manresa, seu Minores (idem enim significant haec vocabula) primo à sua Conversione anno ver- faretur.

#### CAPVT SECVNDVM.

*Idem confirmatur auctoritate Summorum Pontificum.*

21. **M**erito P. Frânciscus Suarez hoc ipsum quod suprà dictum est de Instituto Societatis sentiens, sed nimis modestè, & non tam aperte idem afferens, t. 4. de Relig. tr. 10. l. 1. c. 4. ad hoc ipsum confirmandum citat Bullas Summorum Pontificum, quæ tamen à me diligentius & summius expendentur. Quod èd securis faciam, quia P. Hieronymus Natalis S.P.N. Ignatius intimus sup. n. 4. commendatus, in prima ad socios Complutenses exhortatione, (quam legi, & descriptam habeo) dum esset Commiarius Societatis Roma missus in Hispaniam, dixit manifestè: *Reuelata esse res Societatis immediate à Deo P. Ignatio, idque dicere Ecclesiam in Bullis Confirmationis Societatis, idque constare ex alius actis & testimoniis legitimis.* Ita ille pag. 3.

Primo, enim Paulus III. in prima Bulla Confirmationis Instituti, anno 1540. ait: *Primos decem Patres Societatis (in Bulla nominatos,) Spiritu sancto, vi p[ro]te creditur, afflatos, Societatem intruisse.* Hunc autem loquendi modum, Dei revelationem significare, paulo post ostendam.

Idem Paulus III. post tres annos in secunda Bulla, qua secundò confirmavit Societatem, fine restrictione numeri Professorum ad Societatem admittendorum (quos ad numerum sexagesimum in prima Bulla redegerat) hanc ipsa verba repetit. Quæ verba hoc ipsum indicare (quod assumpsi probandum) infra nisi fallor clare apparebit.

Secundò, Iulius III. in altera Bulla, quâ Societatem cum amplioribus Privilegiis confirmavit, decimo anno à Societate instituta, Anno 1550. clarus hoc ipsum asseruit, institutam nimirum Societatem esse, *Spiritu S. afflante: omis- sitque particulam illam (vt p[ro]te creditur) à Paulo III. utr[um] patet: Non casu, inquit Soarez loco cit. n. 4. sed quod dubitationem vel formidinem indicare, consilii ablata fuit. Nam diurna experientia, & uberes fructus, simul cum approbatione Predecessoris sui, omnem formidandri rationem, si qua erat, auferre poterant.* Qui loquendi modus Dei reuelationem denotat. Sic enim S. Chrysostomus sacra Scripturæ libros, ait esse scriptos à Moysi afflati <sup>b. 41. l. b.</sup> *Spiritu S.* <sup>49.</sup>

Tertio, Gregorius XIII. in Bulla, *Quanto fru-<sup>24</sup> etuoius, clarius adhuc hoc ipsum indicat, ait enim: Ad quem finem Spiritus S. bone memoria Ignatii Loyolam ipsius Societatis Institutorem, eu[er]que Socios excitauit, media etiam præclaras, maximè opportuna, huius Sedis ministerio eis tribuit, atque con- firmauit.* Atqui inter media Societatis non tantum Essentialia, sed etiam aliqua accidentalia continentur, ergo iudicio Vicarij Christi, etiam per Spiritum S. sunt S. Ignatio inspirata, & per S. Ignatium Sociis reliquis.

Quarto, idem Gregorius XIII. in eadem Bulla paulo post ait: *Societatis Corpus in sua membra, ordinem, & gradus, Diuino instinctu dispositus Ignatii.* Et statim immediate recensens, quæ Diuino instinctu dispositus Ignatius in Societate, enumerauit, post biennium Nonciatus absolutum, tria vota substantialia, simplicia tamen, per quæ omissa, in Corpus Societatis cooptantur, & quantum ex parte ipsatum, perpetuò obligati manent, & (quemadmodum infra additur) sunt verò Religiosi & propriè, et si non hanc Professi. Et si iniussi discedant, Apostolica notam, & penas, ut Professi incurruunt, rationabili tamen ex causa, iuxta Constitutiones à Præposito Generali possint dimitti, & votis huiusmodi liberiari. Item quod honorum suorum ius a quo Dominum pro Superiorum arbitratu ad tempus retinere valeant, ut in pios usus distribuant, nullā retanquam propriā, & sine Superioris facultate vtendo: Et quod peractis probationibus &

- & experimentis, quos Praepositus Generalis idoneos iudicat eos ad Professionem per vota solennia, vel ad gradum Coadiutorum formatorum per vota publicè emissa, quamvis non solennia admittat; & tamen fiant incapaces cuiusvis Hæreditaræ successionis & ratione illorum nulla Dominus. Societatis in bonis illorum ab intestato succedere possit.
26. Quinto, idem Gregorius XIII. in Bulla, Aſtendente, cum dixisset, *Societatis præcipuum finem esse, Catholice Religionis defensionem ac propagacionem animarumq; in Christiana vita & doctrina propagationem subdit: Ad quem finem Spiritus S. bona memoria Ignatii Loyola Societatis ipsius Inſtitutoris, eisque Socorum excitator, media quoque Prædicationum, ac cuiuscunq; mysteri verbi Dei, doctrinæ, Christianæ, & Spiritualium Exercitorum, aliorum item charitatis operum, & Sacramentorum administrationis, ac præcipue Penitentia & SS. Eucharistia, horumq; frequentiores suis accommodauit. Quo utroque in loco, non Essentialia tantum Societatis, sed etiam non Essentialia Gregorius nominat, ac proinde etiam hæc, Spiritu & afflante, & excitante, & docente, S. Ignatius in Societate instituit, iudicio huius Pontificis re & nomine Maximi.*
27. Sexto, similiter alter Gregorius XIV. in Bulla, qnae incipit, *Ecclesia Catholica, Societatem fundam esse ait ab Ignatio, Domino inspirante. Quoniam, inquit, neque tranquillitat, neque firmitati Ordinum prospectum esse poterit, nisi eorum Inſtituta firmiter in concusa feruentur, iſdemq; modu firmiter progradientur, & crescant, quibus à Fundatoribus Domino inspirante, atque bac S. sede approbante, primū fundati sunt, necessarium duximus, ea que ab Ignatio huius Ordinis Fundatore ordinata, & à Prædecessori bus nostris Romanis Pontificibus, circa eiusdem Societatis Inſtitutum sancta sunt, Apostoliae firmitati munere denud robore. Et nolens vt in Societate res decendantur per Capitula, sed per Superiores, cum consilio aliorum, causam adfert, quia sic Ignatius Fundator faciendum decreuit. In hoc S. Ignatij encomio ponderantur sunt verba Magni Pontificis, quibus asserit, à Fundatoribus Ordinum Domino inspirante, eorum Inſtituta primū esse fundata, quia hoc ipsum de Fundatoribus Ordinum Religiosorum videtur asseruisse hic Pontifex, quod multo ante Christus ipse dixerat S. Brigitte l. 7. Reu. c. 20. Omnes, inquit, regule quas amici mei incepunt, & ipsi personaliter tenuerunt, & seruauerunt, aliosque omnes efficaciter docuerunt & porrexerunt, non fuerunt dictata & composita, ab iporum intellectu, & humana sapientia, sed aspiratione eiusdem Spiritus S. Merito ergo idem Pontifex obſolum Decretum ab Ignatio factum de non decidendis rebus per capitula, sed per solos Superiores, statuit hoc esse in Societate retinendum, quia credebat, Spiritus S. aspiratione hoc Ignatium didicisse & statuisse, non humana prudentia.*
28. Septimo, idem patet ex Bulla Pauli V. qui praedictas Bullas aliorum Pontificum confirmans,
- ai, Societatis Institutum ab aliquot Pontificibus suis Prædecessoribus approbatum, & confirmatum, & decoratum, esse fundatam à bona memoria Ignatio Loyola Sancto Spiritu inspirante. Porro per Inspirationem Spiritus S. & afflatum & excitationem cuius meminerunt predicti Pontifices, non est intelligendus simplex instinctus Spiritus S. qui est quid infimum in genere Prophætia, ut docet S. Thomas, sed perfecta Prophætica cognitione & revelatio, in qua S. Ignatius, non tantum Deo revelante cognovit quæ stauit in Societatis Constitutionibus à se scriptis, sed etiam cognovit illa sibi esse Diuinitus revelata, quod ad perfectam cognitionem Prophæticam requiri, docet S. Thomas loco citato.
- Tali enim inspiratione, & afflatu, & excitatione, S. Ignatius & cognovit res ordinandas in Societate, & verbo ac scripto ordinavit, & factis executus est (modis his tribus videntur, qui reperiuntur iuxta doctrinam S. Thomæ loc. cit.) quia hoc ipse Sanctus fassus est ut supra vidi-  
mus, ac proinde ita in rei veritate fuit. Et Pontifices procul dubio eo modo sua verba intellexerunt, quo in rei veritate, & de facto S. Ignatius hoc Institutum fundauit. Nam, ut ibidem ait S. Thomas, *Cum aliquis cognoscit, se moueri à Spiritu S. (vti cognovit S. Ignatius) ad aliquid aſtimandum, vel significandum verbo vel facto, hoc propriè ad Prophætiam pertinet: cum autem mouetur, sed non cognoscit, non est perfecta Prophætia, sed quidam infirmus Prophæticus.*
- Simili loquendi phras, Spiritus S. exprimit perfectissimam revelationem Prophæticam, per quam scripti sunt libri S. Scripturæ. Nam dicitur 2. Tim. 3. 16. *Omnis Scriptura Diuinitus inspirata: quæ inspiratio expressam Dei revelationem, & lumen Prophæticum perfectissimum significat, quia tali Prophætico illustrati lumine, sacri Scriptores, libros S. Scripturæ scripferunt, aut suis Amanuensis dictarunt. Vnde Paulus Apostolus, dictando aliquor ex iis, quas habemus eius epistolis, ut pater Rom. vlt. 22, & obseruarunt S. Chrysostomus Ambrosius S. Hieronymus c. 6. ad Galatas v. 11, & S. Anselmus in c. 4. ad Coloff. v. 18.*
- Sic 2. Pet. 1. versu vlt. loquens S. Petrus de libris Canonis S. Scripturæ à Deo revelatis eorum Scriptoribus & Authoribus, ait, *Spiritu S. inspirati (Græcè Φερόμενοι), id est, ut Arrius Monitanus verit, Adi locuti sunt Sancti Dei homines.*
- Eadem phras expressi S. Basilius epist. 1. ad Gregor. libros S. Scripturæ Diuinitus revelatos. *Maxima, inquit, viarum ad veri inuestigationem serenium, est meditatio Scripturarum Diuinitus inspiratarum.*
- Simili modo loquendi vtitur S. Greg. Papa, cōmemorās præstantissimum revelationis genus, quo revelati sunt, & à Deo immediate dictati libri S. Scripturæ Nā Præf. in lib. Mor. c. 1. exprefſe ait: *Librum Iob esse scriptum à Deo, qui eum scribendum*

bendum dictavit: qui tam statim subdit, esse  
scriptum à Deo, qui illius inspirator exstitit: & addit,  
Psalmos à Davide scriptos esse *Dei inspiratione*.

B. f. i. in  
Cant.  
Bas. ep. ad  
Chilon  
Aug. tr. z.  
ignatian:  
Icl. i. ep.  
870.

Et in fine capituli. Beatus Iob sua gesta scripsisse  
spiritu s. afflatum. Et S. Bern. à Salom. Diuinus  
inspirato, ait scripta esse Cantica Canticorum. Et  
S. Basilius libros scripture Diuinitus inspiratos dicit,  
& S. Augustinus inspiratum à Deo, ait scriptis Euangeliū.  
Et S. Ildeborus Pelusiota S. Chrysostomi  
auditor testimonium Pauli Diuinitus inspirati  
voce sententiam à S. Paulo scriptam Deo re  
velante. Et l. 3. ep. 58, eum appellat Diuinum Nu  
mine instinctum ob epistolas quas Deo reue  
lante scripsit. Certum ergo sit Romanos Ponti  
fices S. Gregorij Successores, per inspirationem  
Dei & instinctum, quo ait S. Ignatius So  
cietatis Institutum fundasse, intellexisse expre  
sū.

31. fam., & propriè dictam revelationem Dei.  
Simili modo in Martyrologio Romano,  
tum antiquo, tum recognito, & aucto. sub  
Vrbano VIII. olim 23. Iulij, nunc 8. Octob. S.  
Brigitta vidua appellatur, Diuino afflata Spiritu:  
qua phrasē indicatur, eam Deo revelante multa  
cognouisse, quia in antiquiore Breuiario Ro  
mano Lec. 6. die eius festo, dicitur: *Multa presun  
dorum Dei arcanorum revelationes habuisse.* Et in  
alio Breuiario sub Vrbano VIII. recognito di  
citur, *cū arcana multa fuerant Diuinitus reuelata*,

In utroque autem Breuiario, sicut & in Mf  
fali Romano, talis de ea Oratio habetur. *Domi  
ne Deus noster, qui B. Brigitta per filium tuum Uni  
genitum, secreta Caelestia reuelasti &c.* Quod etiam  
antea in Bulla eius Canonizationis, fuisit differ  
ens verbis exprimitur à Bonifacio IX. & postea à  
Martino V. approbatum est & confirmatum.  
Quocirca, per instinctum & inspirationem diuinam,  
Ignatius factam, visitatā sedi Apostolicae phrasē in  
suis Bullis, expressam Dei reuelationem intelle  
xerunt supra citati Pontifices. Quo etiam sensu  
S. Dionysius Areopagita S. Pauli discipulus di  
xit, *Libros Diuinos* (scilicet S. Scripturam, quam  
sic appellare solet) *Spiritus s. instinctu scri  
ptos esse.*

32. Magnum etiam huius veritatis argumentum  
est, quod Sedes Apostolica per Paulum III. in  
secunda Bulla confirmatæ Societatis, multò ante  
factas à S. Ignatio Constitutiones, faciens  
potestatem eas condendi, etiam iteratis vicibus,  
& murandi iuxta locorum & temporum, & re  
rum qualitatem & varietatem, tanti eas non  
dam factas, sed condendas fecerit, vt hoc con  
cesserit: *Quæ, (scilicet Constitutiones) postquam  
mutata, alterata, seu de nouo condita fuerint, eo ipso  
authoritate Apostolica prefata, confirmata censem  
tur, eadēi Apostolica authoritate, de speciali gratia  
indulgenias. Quæ anticipata nondum factarum  
Constitutionum approbatio, siugulare indiciu  
m est, Deum immediatè mouisse Vicarium suum,*  
vt hoc faceret in Confirmationem Instituti,  
quod ipse seruo suo Ignatio reuelagerat. Alio  
modo

qui, sistentio intra limites humanae prudentie  
nunquam humano Spiritu id Papa concessisset,  
sciens calamitatem illorum temporum, à nouis  
in Septentrione Hæretibus perturbatorum, &  
ab illusionibus Illuminatorum, qui Hispaniam  
potissimum inficere expectant. Præteritum cum  
idem Pontifex in prima Bulla ob merum re  
rum futurorum, non permisit Ignatio plures  
quam Sexaginta ad Professionem admittere.

Hoc ipsum etiam manifeste appareret ex eo,  
quod Sedes Apostolica confirmauit per Bullas  
plures Pontificis, & quidem *motu proprio*, &  
*de certa scientia*; & de Apostolica potestate plenaria  
quædam in Societate valde diuerſa à statu  
aliorum Ordinum, & contra communem sent  
tentiam antea receptam Theologorum & Ca  
nonistarum vix est, quod vota simplicia in So  
cietate emissa post biennium Probationis, fa  
ciant verè Religiosum, & quod in maludictione red  
dant matronum contractum, & quod solen  
nitas votorum, non requiratur ad substantiam  
Regionis, & alia quædam in Societate valde  
diuerſa, quæ infra enumerabuntur. Nunquam  
enim Sedes Apostolica, tali *motu proprio*, & *de cer  
ta scientia*, & plenariæ Apostolica potestate, co  
tra communem sensum Theologorum & Luri  
spiritorum, saltem contraria præxiæ aliorum Or  
dinum antiquiorum, & quidem tam facile, &  
tam discessit verbis, sine p̄missis examinibus  
& disputationibus (quæ Roma ob res melior  
minores instituit iussu Rom. Pontificis) co  
firmasset, nisi hæc omnia à maiore, quæmodoc  
nario Diacono lumine, S. P. Ignatius dicidisset.

Valet & hoc plurimum ad confirmationem  
huius veritatis, quod non permisit Deus, vt  
quicquam ex rebus à S. Ignatio in Societatis In  
stituto constitutis abrogaretur à Sede Aposto  
lica, aut ore tenet, aut per Diploma, quamvis aliqui  
fuerint Pontifices, qui ex mala informa  
tione quorundam, & ob res nostras non bene  
intellecas, habuerint in rebus quibusdam no  
stris difficultatem: deoque post S. Ignatij mor  
tem Paulus IV. non abrogando quicquam ex  
Constitutionibus, nec ex præteriorum Ponti  
ficium Diplomatica, factus à Societate alienor,  
simplici mandato iussit pro arbitrio Genera  
lis chorum in Societatem induci, & ne Genera  
lis gubernatio ad vitam eius durare; tamen ip  
sum societatis Institutum & Constitutiones  
sua voce approbavit. Præterea cum idem Pon  
titifex, vt ait Sachinus & Orlandinus præferret, Hill. Soc.  
in Societate aliiquid desideraret, & in eius re  
bus moliri, & insisteret ad ē ferri Diplomaticum  
Pontificium, Constitutiones regulasque Societatis, 76. 77.  
& quicquid ad eius disciplinam ac regimen Ollis  
pertineret, tradidissetque aliquor Cardinalibus  
examinanda, & perpendenda omnia, & qui  
dem iis, quos minimè Societati fauentes, ma  
gnâ tamen doctrinâ ac prudentiâ, rerum ge  
rendarum peritiam instructos habebat, nulla  
proflus

XVII. DE PRÆSTANTIA INSTITVTI SOC. IESV. 325

prospero re abrogata, nullâ immutata, nullâ improbatâ, nobis postea omnia integra & illibata restituit, sed ut ait Gregorius XIII. in Constitutione sua, Quandâ fructuofius, postea, diligentissimè examinata, & à Concilio Tridentino commendata: que etiam repetit infra pag 237. Quam rem ita oculatus testis describit P. Hieronymus Natalis in Exhortatione quinta quam habuit ad nostros Complutenses pag. 6. dum esset Commisarius Generalis iu Hispania: Habent, inquit, nostra Constitutiones autoritatem à Bullis Pauli III. & Iulij III. qui dederunt autoritatem ad faciendas illas: habent etiam Confirmationem à Paulo IV. quæ est valde magna, & quam ego a finio multum. Postquam enim noster P. Ignatius est mortuus, voluit Paulus IV. videre nostrum Iustitium, Bullas & Constitutiones, & ita fuerunt illi consignata omnia: & ipse commisit Cardinales Reomanos, & Cardinali Tranensis, & habuerunt per quatuor menses, inquirendo & reuidendo. & postea restituerunt, approbando illud tanquam bonum. Et Papa tempore Congregationis Generalis (prima post Ignatii obitum) confirmavit totum nostrum Institutum bū. Primò per Cardinalem Pacicium, secundò via vocis oraculo, quando iunimus ad oscula eius pedum, tata Congregatio cum Generali (P. Iacobu Laynez) nouiter electo. Hæc P. Natalis dixit dum esset in Hispaniam missus, à P. Iacobu Laynez Generali, cum potestate ipsius Generalis. Sic etiam duxi Sixti V. ex informatione maleuolorum deliberasset de mutando nomine Societatis, ne vocaretur Societas Iesu, sed Societas Iesuitarum, & diceretur iam Diploma Pontificium hac de te suisse conscriptum, non permisit illud Deus publicari ob mortem repentinam sine prævio morbo Sixti V. in sella sua sedentis cum stupore omnium, subfecutam. Quod antequam fieret, P. Iacobus Ximenez tunc Societatis Secretarius, adiunxit Cardinalem Ioannem Antoniu lachinetum (cum qui postea ad Romanum Pontificatum eus & eus fuit Anno 1591. & Innocentius IX. appellatus fuit) & ab eo intellexisset, Sextum yelle omnino mutare hoc Societatis nomen, P. Ximenez impulsu quodam Spiritus commotus, magno impetu Cardinalis mensa pugno percussa, indignabundus dixit: hoc nunquam fore, & statim à Cardinali discessit. Sed cum postea repentina morte Sixti subsecutā, adiuncto P. Ximeno Cardinalis illi quæsiuisset, quomodo scierit mutationem nominis Societatis non subsecutaram: respondit Cardinali Ximenus: se illud dixisse, fundatum in prædicatione P. Ignatij, qui similem difficultatem expertus à primis aliquot Sociis, initio disuadentibus, ne nostra Religio Societas Iesu appellaretur, P. Ignatius constanter perficit, se illi aliud nomen non industrum, sed quid hoc nomen ei Deus ipse indidisset, quod nullus unquam mortalium immutaturus esset, & sperare se, in primo Concilio Generali hoc nomen ab Ecclesia confirmatum iri. Quod ipsum à P. Ignatio dictum esse, scriptit P. Ioannes Po-

lancus, eius per nouem annos Secretarius, in vita S. Ignatij, quam Romæ in Archivio Societatis legi. Et hoc ipsum dictum esse P. Polanco à S. Ignatio scribit Oclandinus. Et ipse Po- 1.2.n.61. s. 1 lancus in epistola sua à me citarà, scribit di- 19. pag. 33. fertè, credi, quod Ignatius ex Diuina revelatio- ne Societatis Iesu nomen à se fundato Ordini in- diderit.

Sic etiam tempore Gregorij XIII. excitata 36. fuit magna tempestas, tam contra alia, quam contra Regulam IX. & X. Summatij, quæ ramen authortitate Apostolicâ, à Gregorio XIII. post iudicium, vi vocant, Contradictorium, sopita est, & Decreto Pontificis damnata, tum vi- uâ voce nominatim, tum per Constitutionem Apostolicam eiusdem Gregorij duplicum, pri- mò editam Anno 1582, kalen. Febr. deinde An- no 1584. 8. kalend Junij, in quibus Bullis omnes Constitutiones Societatis, & Statuta qualia- cunque sint, amplissimè confirmavit, & quidem non quomodo cuncte, sed acsi ad verbum presen- tibus (id est Bullis) inferentur. Quo etiam modo expressè Constitutiones & Bullas præterito- rum Pontificum confirmarunt Gregorius XIV. & Paulus V.

Portò improbationem supra dictarum Re- 38. gularum damnatarum esse viuâ voce à Grego. Su. ro. 4. de- rio XIII. testatur Franciscus Soarez, sed magis Relig. tr. distinctè & fusi Alphonfus Rodericus. 10. i. 10. c.

Sic etiam mortuo Gregorio XIII. aduersati Rod. ro. 5. Societatis, rati opportunum esse tempus impu- Exer. perf. gnandi Societatis Institutum, sub Pontificatu ex. 8. c. 6. Sixti V. tum quia erat assumptus ex Ordine Mi- 39. norum quibusdam in rebus præxes contrarias Societatis legibus habentes: tum quia à Grego- rio XIII. paflus erat diminutionem suorum re- dituum, validè impugnare coperunt nostrum Institutum, & graues querelas contra illud co- ram Sixto V. depositerunt, qui, vt scribit P. Clau- dius Generalis in lib. Industriarum. Cum, inquit, c. 15. s. 11. nuper Sixtus V. felicis recordationis, nonnulla Theolo- gie, & grauissimâ Cardinalibus examinanda dedisset (scilicet obiecta contra Institutum Societatis) il- lique nostris responsis auditis, & scripto traditis, & ac- curatè examinatis, ad Pontificem retulissent, nihil pla- nè ille immutauit. Imo vero Gregorius XIV. san- 40. ctæ memoria, qui ei succedit, amplissimo Di- plomatica ea explicavit & cōfirmavit. Quin in dō, cùm quedam in Instituto Societatis post mor- tem Gregorij XIV. sub Clemente VIII. nonnulli inquieti Spiritus, ad suam temeritatem (vbi eos appellat Paulus V. in sua Bulla) impugnassent, eorum impugnationes hic Pontifex damna- uit, & totum Institutum Societatis magis quam Prædecessores confirmauit Anno 1606. pridie Nonas Septemb.

Magna quoque eiusdem veritatis confirma- 42. tionis est, quod omnes Romani Pontifices, à qui- bus Societas petiit Confirmationem Institutum, & Constitutionum, illud sine difficultate ex sua

parte

parte, & sine villa exceptione, per sua Diplomata confirmarunt. Et quidem primò viua voce Paulus III. id confirmauit Anno 1539.3. Septemb. dum esset Tibure, & intellecto ex informatione S. Ignatij Instituto, dixit: *Spiritus Dei hic est, & Patrum consilia & pia studia collaudauit, ut scribit Orlandinus.* Postea per Bullam Pontificiam illud confirmauit, Anno sequenti 5. kalend. Octobr. Deinde iterum confirmauit totum Anno 1549. prid. Id. Mart. Postea Iulius 3. cum maiore Declaratione illud confirmauit, An. 1550. 12. kalend. Aug. Tandem Gregorius XIII. & alij sup. citati.

**1.2.ii.83.** 43. Porro circa primam Societatis per Pontificium Diploma confirmationem, quatuor notanda sunt, magna argumenta Divini fatoris erga Societatis Institutum, quæ nos excitat debent, ad illud amandum, & ad viuendum iuxta regulas illius, & ad credendum, non esse illud humana industria, sed Diuinitus per S.P.N. Ignatium fundatum.

**1.1. de cōm. locaii c. 4.** Prīmū, quod citius per Diploma Pontificium sit prima vice confirmatum, dum prima eius confirmationē per S. Ignatium petetur, quam Ordines Prædicarorum & Minorum, quanvis eorum Fundatores ob miracolorum famam tunc fuerint magis celebres quam S. Ignatius. Nam Innocentius III. à quo petebant S. Dominicus, & S. Franciscus Bullam suorum Ordinum confirmatiuam, eam non concessit illis. Siquidem, vt ait B. Ioannes de Saxonia, *Innocentius III.* ad eorum confirmationem durus fuit.

**44.** Imo Ferdinandus de Castillo eximus Scrip-  
tor Historiæ Dominicanorum scribit, *Inno-  
centium Papam, et Diuinā visione instrūtum, quod  
c. 1. & tit. 24. c. 14. Deus S. Dominicum elegisset, ad sustentandam Eccle-  
siam, non dedisse potestatem Dominicano quam petebat  
S. 3. Azor. tot. faciendi nouam Regulam, & nouas Constitutiones cum  
1.19. c. 1. § noua forma viuendi, sed (quemadmodum etiam  
4. legimus in Breuiario Romano) *hortatus est, ut ad  
Wading. suis reueteretur in Galliam, & vi Religiones à Sede  
to. 1. A. 1223. n. 16. Apolonica approbatas inspiceret, & ab illis sumeret id  
Et A. 1215. quod ficeret ad suum intentum.* Et ita reuersus Tol-  
oniam 33. *deliberauit cum Sociis, & S. Augustini Regulam*  
Theod. ab *elegit, Constitutiones autem & ceremonias particula-  
res accepit ex Ordine Premonstratensem.* Hac om-  
nia Ferdinandus, qui ait c. 18. hist. Anno 1216.  
Dom. c. vlt. Mal. Cent. 22. Decembr. fuisse confirmatum Ordinem  
1. Ann. Prædictorum ab Honorio III. Hoc ipsum con-  
fimat Thomas Maluenda, Abrahamus Brouius.  
1216. Brou. Et dicitur in Summario Constitutionum Or-  
An. 1215. n. dinis Prædictorum edito Parisiis Anno 1620.  
6. Vrc. c. 1. **Const. p. 2.** à Petro Martyre Virceano. Porro Franciscus Gó-  
zaga Generalis Ordinis S. Francisci, scribit quidem Innocentium III. viua vocis oraculo anniūlē votis S. Francisci (quod etiam in Bulla asserit Honorius III.) Sed Honorius III. eius Ordinem confirmasse per Bullam peculiarem Anno 1224. cum confirmationem petisset ab Inno-  
centio III. Anno 1209, vel vi Lucas Vadim-*

gos accuratissimus Scriptor Historiæ Franciscanæ asserit, Anno 1210. Porro S. Ignatius com-  
primū petisset Confirmationem Societatis à Paulo III. statim eam viua vocis oraculo obti-  
nuit, & intra eundem annum etiam Bullam Confirmationis ab eodem Pontifice impetrata.

**45.** **Secundus Fauor.** erga Societatem, est in eius Confirmatione factā tempore difficillimo. Quā-  
uis enim tunc valde perturbare Ecclesiam nouę Hæretes Lutheranorum, & Calvinismi initia, partim in Germania, partim in Gallia & imposturæ Illuminatorum in Hispania, ideò merito posset Paulus III. ad aliud tempus dif-  
ferre, praetextu iussæ deliberationis Instituti Societatis Confirmationem viua vocis oraculo faciendam, tamen intellectis Instituti Capitu-  
bus, fine difficultate, & fine dilatione, illud viua  
vocis oraculo confirmavit.

**46.** **Tertius erga Societatem Diuinus favor est,** Examen Instituti Societatis commissum ab eo-  
dem Pontifice Personis, à quibus fauorem spe-  
rate Ignatius non poterat, felici successu con-  
clusum. Etsi enim Paulus III. optimè, vt dictum est, sentiret de Societatis Instituto, tamen vi So-  
cietatem præmuniret à linguis loquentium ini-  
qua, & ne videretur minus consideratè in te-  
ranta procedere, iussit Institutum Societatis in  
certa capita digestū examinari, & cognosci pri-  
mū à Thoma Badia Dominicano, Sacri Palati-  
j Magistro, magni iudicij & doctrinæ viro po-  
stea ad Cardinalatum promoto, vt scribit Ri-  
badenevra, deinde à tribus Cardinalibus, apud  
quos nihil erat loci gratiæ, & in iis à Bartholo-  
mæo Guidiccionio nouis Religionibus adeo  
infesto, vt librum scriptissime dicatur, ad multitudinem Religionum tantum ad quatuor Ordines reducendam: hi tamen omnes, post multa  
hinc inde agitata, præferrunt Guidiccionius mu-  
tata sententia, Societatis Institutum laudarunt,  
& Pontifici magnopere cōendarunt. Et quidem  
Guidiccionius ita, vt diceret, *nouas Religio-  
nes non probo, hanc tamen non probare non aedo, sic  
enim interius afficio, eosque motus animi Diuinius  
sentio, vt quo me humana ratio non ducit, eo volumus  
inclinet, & affectu inuitus quodammodo complector,*  
*quod argumentum antea repudiabam, vt scribunt Ri-  
badenevra & Orlandinus.* Addit autem P. Hie-  
ronymus Natalis, *dicere eum postea solitum, magnas capi-  
tulas & extraordinarias laudes nostri Instituti.*

**Quartus Dei erga Societatem fauor est,** quod idem Paulus III. in prima Bulla supradictâ com-  
firmatoria Societatis, fecerit potestatem Prepo-  
sito Societatis sine villa restrictione nouas con-  
dendi Constitutiones (quod Innocentius III. Sancto Dominico negauerat.) Postea vero idem  
Paulus III. in altera Bulla non cogens Ignatium  
ad ostendendas sibi vel à se subdelegandas, sa-  
etas vel faciendas Societatis Constitutiones,  
aut examini subiiciendas, Apostolica authori-  
tate,

rate, de speciali gratia indulxit, ut Constitutiones Societatis factæ postquam mutatae alteratae, sive de nouo conditæ fuissent, eo ipso Apostolica authoritate confirmatae censerentur. Qui quatuor fauores hoc ipsum confirmant, quod probandum assumpsi, nimirum Societatis Institutum S. Ignatio Diuinitus esse reuelatum, id eoque cum his prærogatiis ample confirmationem, sine minima rei mutatione, vel emendatione, & difficultate.

## CAPUT TERTIVM.

*Idem Confirmatur ratione.*

48. **E**t lumen naturæ, & S. Scriptura, & SS. Patres, & Theologia, & gesta in Historiis Ecclesiasticis conscripta, infinitam Dei bonitatem & Sapientiam, ita se Creaturis rationalibus communicare docent, ut nulli desirin suppedantis auxiliis necessariis, ad ea sive institienda, sive perficienda, quæ vult potissimum per valde dilectos seruos suos extraordinaria vitæ sanctimoniam præditos institui ac perfici. Cum ergo S. Ignatium Deus elegit, ad fundandum difficillimo Ecclesiam tempore, nouum Societatis Ordinem, ad cuius conseruationem & incrementum erant necessaria noua Instituta, ut prudenter obseruavit Gregorius XIII. in 2. sua Bulla confirmatoria Societatis dicens, Diuinam prouidentiam pro temporum necessitate, varia & salutaria Ordinum Instituta in Ecclesia sua produxisse, nosque in ea subinde nascentibus morbis, noua remedia, nouique emergentibus hostiis impugnacionibus, nouum Regularium Ordinem excitare, & cuique illorum, iuxta cuiuslibet pecularis gratia rationem, peculiares quadam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem, quem intendit, media suggerisse; Ideo & S. P. Ignatio noua quadam media inspiravit. Inspissæ autem per expressam, & immediatam supernaturem reuelationem, in supremo gradu Prophetiarum (uti argumenta supra dicta non haberemus) hoc solum sufficeret, peritum ex more Diuina Prudentia, omnibus sæculis visitato, quæ multò magis se extraordinariè communicat Creaturis rationalibus, presertim sibi valde charis, tunc, cum maior est necessitas talis communicationis, maximè verò, siisdem se extraordinariè comunicauit, quando minus egebant, tali extraordinariæ & miraculosa communicatione. Nam, ut ait S. Dionysius Areopagita, Deus impertitur suum cuique la men pro cuiusque dignitate; & vt dixit cap. 10. fin. Una queque mens, pro suo captu quam nitidissima purgationis sit particeps copiosissimi luminis absolute potentie & perfectionis Cælestium illuminationum. Cum ergo certissimè sciamus, & ex narratione vitæ suæ, à S. Ignatio facta P.
- Lancij Opus. Tom. 2.
- Ludouico Confaluo (de qua si prædictam est) num. 3.  
& ex eius vita Scriptoribus, P. Ribadeney Rib. Maff. ta, P. Maffeo, P. Orlandino, cum inquam. l. c. 7. 8. certissimè constet, S. Ignatio fuisse Manes-Ort. l. i. n. se propheticè reuelatum à Deo modum quo<sup>22.27.</sup> mundum condidit, & multa SS. Trinitatis mysteria, quæ fide Diuina credebat, & qui dem sine illa difficultate: item præsentiam Christi Domini in Eucharistia: item permulta alia, tum quæ ad fidei mysteria pertinent, tum quæ ad Scientiarum cognitionem, & cum hæc illi non ita fuerint necessaria scitu, sicut fuerunt res ad Institutum nouum in Ecclesia fundandum pertinentes, multò magis credendum est, illas à Deo fuisse S. Ignatio ita immediatè reuelatas propheticè, sicut fuerint, res minus necessariae, in modo quidem necessariae, loquendo in Théologico rigore.
49. **C**onfirmatur primò, hoc ipsum, quia ut scribit P. Ribadeneyra S. Ignatius datus fuit in tutelam Archangelo, quod adest insolitum est, ut hoc fieri neget S. Thomas. Contrarium tamen esse probabile putat Magister a. 2. sententiarum, Durandus Scottus, Marcellus M. 2. d. 10. Vasquez, vbi etiam rationes S. Thomæ contra Dur. ib. q. trarias bene solvit. Soarez vero id ex professo<sup>1. Sc. q. 1.</sup> Mars. q. 7. so contingere probat. Quod sane validè confirmatur, Primò, exemplo Beatissimæ Dei Genitricis Maria, cui pro custodia deputatum fuisse Gabrielem Archangelum assertit B. Pe. Suar. l. 6. de Ang. trus Damiani, & Abulensis, Deinde exemplo S. Franciscæ Romanæ, cui Deus præter Angelum Custodem ordinarium, extraordi natum dederat Archangelum, ex secundo Ab. q. 60. choro prima Hierarchia, quem perpetuò vi in c. 18. debat, diu noctuque, & qui eam comitabat Matth. Vita S. Franc. Ro. 2. custodiebatur. Et post 24. annos, qui mædibus S. Franciscæ perpetuò habuit hunc Archangelum, futum comitem, consolatorem, & dicit. l. c. 14. l. y. rectorem, visibilem oculis corporeis, datus est illi alter Archangelus loco huius, longè nobilior ex secunda Hierarchia, ex quarto Choro, scilicet Potestatum. Et cum sint in singulis chorus nouem mansiones, is erat ex prima mansione, & caput omnium aliorum eiusdem mansionis, & primus in nobilitate post principalem Angelum Chori supra dicti. Ab hoc defendebatur fortius & ardentius Sancta ab oppressionibus malignorum Spirituum. Quod contigit illo die, quando fuit electa in Præsidentem Monasterij Turtis Speculorum. Idem patet exemplo S. Gertrudis Virginis, quæ cap. 10. Dei iussu, scripto lib. 2. cap. 23. Infinuat diuinam pietatem. Deo gratias agit. Insuper in speciale ministerium mihi deputasti sepium nobilissimos Palatij tui Principes, non solam de chorus Angelorum & Archangelorum, sed etiam altiorum, secundam quod pietas tua benignissime Deus mihi magis con-